# Mythologia, Venise, 1567 - IX, 20 : De Momo

### Auteur(s) : Conti, Natale

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*
Mythologia, Venise, 1567 - X [137] : De Momo [et conclusion]

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX**

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 20 : De Momo *est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX**

Mythologie, Paris, 1627 - IX, 21 : De Momus *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX**

Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 20 : De Mome *est une transformation de ce document*

# Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l’Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

# Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination288v°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesMomus
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/957?context=pdf

teneat, ac seruet. Cum vero plures Nemeses colerent Smyrnæi, plures rationes puniendorum impurorum hominum diuinitus mitti significabantur, pro varietate peccatorum & arrogantiæ cuiusque. Atque de Nemesi satis, nunc de Momo iam dicamus.

De Momo, Cap. XX.

MOmus diligentissimus & perspicacissimus operum omnium contemplator ac reprehēsor, & ipse Noctis filius, at Somno patre natus fuisse dicitur, vt tradidit Hesiod. in Theogonia. Fabulati sunt hunc Deū nihil quidē ipsum facere solitū, at cæterorū Deorū & hoīum opera reprehēdere: quippe cū iudex etiam inter Deos Neptunū, Vulcanum, Mineruamque de artificio contendentes delectus, omnium opera reprehenderit. Nam cum Neptunus taurum effinxisset, Mineruа extruxisset domum, Vulcanus hominem formasset, nihil non reprehensione dignum inuenit. Cum ad arbitrum enim eius certaminis ventum esset, ille iudex singulorum opus diligentissime inspexit; atque vt ait Lucianus in Nigrino; [illegible], Deum scilicet tauri opificem carpebat, quia cornua ante oculos non præposuisset. vel naturam etiam ipsam accusabat Momus ille Aesopicus, vt ait Aristoteles libro tertio de partibus animalium, quia potius capiti quàm harmis cornua taurorum collocasset: nam si addita fuissent harmis cum totum corpus in vulnera incubuisset, videbantur tauri multo maiori vi percussuri. At in Dialogo de Hęresibus testatur idem Lucianus hominem Vulcani fuisse reprehensum, quia prætermissum fuisset illud, quod maxime oīum erat necessarium; quod artifex scilicet non præuidisset quot doli clam in clausis pectoribus pullularent. Nam multò laudabilius opus futurum videbatur si fenestratum pectus fuisset, vt sciri posset quid in animo quisque strueret, & num mentiretur, an verum diceret. Domum Mineruæ reprehendit, vt ait Polycharmus lib. 2 rerum Lyciarum, quia non erat facta trusatilis, quæque posset facile circumagi, si forte malum haberet vicinum. Atque omnis Momi autoritas denique & licentia fuit in operibus, laboribusque alienis reprehendendis. Nam idcirco [illegible] Stygius Momus scilicet vocatus est in Epigrammate quodā: quia omnibus & Diis & mortalibus esset odio. Per hæc significare voluerunt antiqui, vt fabulosi figmenti sententiam explicem, nihil esse humanum, nullum neque bonum neque malum facinus, quod omnino reprehensione maledicorum & inuidorum carere possit, cum neque Deus quidem, qui ipse est naturæ fundamentū, optimus ac sapientissimus obtrectatoribus carere potuerit. Per hæc igitur significabant aut maledicorum, & ociosorum nullam omnino viro bono habēdam esse rationem, aut nihil gloriosum vel honorificum esse aggrediendum. Nam cum illum miserrimum omnium esse iudicem, qui potius ad vulgi, & imperitæ multitudinis opinionem, quam ad veram probitatis, & integritatis rationem se accommodare studeat, iamdiu omnem vulgi loquacitatem & imprudentiam contemnendam esse decreui. Semper enim præclari, & sapientis hominis esse iudicaui stultorum & improbissimorum calumnias magno animo posse paruifacere.



Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/957?context=pdf